

A FRIDERICUS Saxoniz Dux, ille ut regni solique, ita & animi mentisque hæres, ab illo hominum genere cavendum fatus, dicebat: Maxime metuendi sunt ii, qui pedibus proximis sunt, ne calces conculcent: tacite insinuans, adulantibus proprium, Regum principumve auribus propius assistere. *Ib. Vide nonnulla inter Symbola Adulationis supra.*

ADULATIONIS

EXEMPLA BIBLICA.

CHORE & complices ejus, cum steterint adversus Moysen & Aaron, dixerunt: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipis est Dominus; in quo apparet, quod captabant benevolentiam populi. *Nam. 16.* ADULESCENS nartans David mortem Saul & filiorum ejus, occisus fuit de mandato ipsius. Putabat autem se prospera nunciare. *2. Reg. 17.*

Duo Larones, qui filium Saul Isboeth occiderant, & caput David attulerant, placere crediderunt; sed David bene offendit, quod displicuit. *2. Reg. 4.*

Dicebat Abilalon homini negotium habenti coram Rege David: Videntur mihi sermones tui boni & iusti, sed non est qui te audiat constitutus a Rege. *2. Reg. 15.*

Mali Propheta dicebat Achab Regi Israel de bello futuro prospera, secundum quod eum velle sciebant. *2. Reg. 22.*

Post obitum Jojada sacerdotis, Principes Juda adoraverunt Regem. Qui penitus obsequiis eorum acquievit, & dereliquerunt templum Domini, servieruntque lucis, & sculpsibus. *2. Par. 24.*

Adificantibus templum Filii Judæ post reditum de captivitate, hostes eorum scripserunt Regi: Nos memores salis, quod in palatio comedimus, & quia læsiones Regis videre nefas ducimus. *1. Esdr. 4.*

NABUCHODONOSOR dixit majoribus natu, quod totam terram suo imperio subjungere vellet; quod valde placuit, atque in illius sententiam facile omnes descenderunt.

Rex Assiurus iratus contra Vasthi Reginam, interrogavit Consiliarios, cui sententia Vasthi subjaceret; qui cedentes furori Regis, dixerunt: Regis iusta est indignatio. *Esth. 6.*

AMICI Aman & Uxor ejus, animum illius pessimum erga Mardocheum non modo non represserunt, sed & eundem adversus illum excitarunt, dicentes: Jube parari excellentiam trabem, &c. *Ibid. cap. 5.*

PRINCIPES & SATRAPÆ Darii Daniel. *cap. 9.* iniquum Regis decretum suffragio suo confirmabant, proponentes aliquid quod ad honorem ipsius facere videbatur.

ALCIMUS proditor impius, eod quod Demetrio Regi dixisset placentiã, in sacerdotio a Rege constitutus fuit. *Lib. 1. Mach. cap. 7.*

REDEMPTOR generis nostri, dum coram multitudine *Matth. cap. 11. S.* Joannem Bapt. multis laudibus ornare instituit, nec præsentem, nec coram ejus discipulis, ut adulationis notam defugeret, collaudavit; uti sapienter animadvertit *Chryl. in op. imperf. hom. 27. in Matth.* Quam bene, inquit, recedentibus discipulis cepit laudare Joannem, non sicut quidam adultores, qui hominem in faciem laudant, aut quando vident amicos ejus fideles adesse, aut domesticos, quos credunt nunciaturus illi quicquid audierint. Insuper gaudet laudari in faciem: vir autem sapiens, quando laudatur in facie, flagellatur in corde. Contra verò cum ipse à Scribis & Phariseis eorumque discipulis per adulationem laudaretur, durius semper eis respondit, quam cum impetere tur maledictis. Nam cum dicerent, *Matth. 22. 16.* Magister simus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo; non enim respicis personam hominum: &c. respondit: Quid me tentatis hypocrite? Et cum miraculorum patratorem eum agnoscerent, signumque ab eo peterent, *Matth. 12. 39.* Generatio, inquit, mala & adultera signum querit, & signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ Prophete. At alibi *Joan. 8. 49.* cum Judæi illi objicerent per summam contumeliam: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes? manifestè respondit: Ego demonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & vos inhonoratis me. Quo exemplo dicitis, si quando laudum tuarum præconia audire cogaris, minimum tristitia vultus ostendere, tibi ea displicere: justos enim, inquit alicubi B. Gregorius, laus sua cruciat, iniquos exaltat. Et adulator, qui querat placere, si displicere tibi suos conatus viderit, mox labellum comprimit.

Videns Herodes Agrippa rex magnus, quod placeret Judæis in hoc quod quosdam de Ecclesia ceperat, & Jacobum fratrem Joannis occiderat, apposuit apprehendere & Petrum. *Act. 12.*

HERODI nequissimi Regi, qui occiderat Jacobum, & E incarcerat Petrum, populus acclamabat, Voces Dei & non hominis. *Eodem.*

Orator Tertullius, contra Paulum à principe sacerdotum adductus, in principio orationis adulator est Felici præfidi, *Act. 24.*

HISTORICA.

TAM MENDACIS, QUAM BLANDIENTIS, ADULATIO VEL FIT PER NIMIAM LAUDATIONEM, ESTQUE ADULATIO MENDAX.

Atque eo vitio laborant plerique cujusvis pene conditionis. Sacri homines.

Alex. Magnus, ubi ad Ammonis templum venit, Vates Dei nomine ut parentis salutavit. Ille quæsit, An interfectos parentes sui omnes pœnas dedisset? Cui vates: Dii meliora! inquit: neque enim tuus mortalis parens est. Ita varians rogavit, Omnesne Philippi punitisset percussores? Hinc de imperio, an dominatum sibi omnium gentium concederet? Cum Deus ostendisset & hoc annuere se, & Philippi peractam plenè ultionem, Deum magnificis donis & Sacerdotes honoravit pecunia. Hæc de oraculis tradunt plerique. Ipse in epitola ad matrem Alexander sortes quasdam sibi ait arcanas redditas, quas reversus soli ei relaturus esset. Sunt qui dicitant, vatem, cum appellare comiter Alexandrum Græcè vellet, & audios, id est, Filiole: postremam syllabam ut barbarum per o pronunciasse, ac dixisse, & & loco, uirupantem o: neque invito claudicasse voce Alexandro, increbuisseque sermonem, Jovis eum à Deo appellatum filium. *Plutarchus.*

THOMAS Volsæus, Cardinalis, avaritiæ & ambitionis mancipium, Regem Henric. VIII. suis blanditiis possidebat totum. Si quid ab Henrico impetrare volebat, munusculum aliquod, ut puta valculum, fabrè elaboratum, aut gemmam, aut annulum, & id genus dona deferrebat. *Polydorus.*

HERODES Judæorum Rex, præ nimia ambitione & studio demerendi Augustum Cæsarem cum Romanis potentioribus, multum à patriis infirmitis recessit, & leges divinas violavit, cum in honorem eorum turbae condidit Cæsarem (que prius Stratonis turris fuit dicta) & Sebastein (que prius Samaria) & templa extruxit, licet non in solo Judaico: hoc enim illi nequaquam latari erant, quod nefas sit Judæis ista turba ac effigies morte Græcorum colere. Quapropter extra eorum regiones tales urbes collocabat, exulans se Judæis, quod non spontè, sed potentiorum iussu hæc faceret, & interim Cæsarem Romanoque tantò magis sibi devinciens, quod in eorum honorem à patriis consuetudinibus sustineret discedere. Sed præcipuus scopus erat utilitas propria, & studium memoriæ propagandæ apud posteros, ita ut condendis & exornandis urbibus, nullis sumptibus parceret. *Ioseph. 1. 15. c. 2. Antiq.*

TYRIDATES Armeniæ Princeps, cum à Corbulone victus Romam duceretur ad Neronem, in genua procumbens: Ego, inquit, Domine, Arsacis nepos, Vologesi & Pacori regum frater, tuus servus sum, venique, ut te deum meum non secus ac *μύθηα*, id est, Solem colerem. Equidem is ero, quem tu me fato quodam efficies: Tu enim fatum meum es, & fortuna. Qua assentatione effecit, ut à Nerone in Armeniæ regnum restitueretur. Imò cum in omnibus ferè assentaretur Neroni, sequa studiosissimè in ejus familiaritatem insinaretur, multæ etiam munera ab eo accepit, quorum pretium ajunt fuisse ad auroreum vicies centena millia. *Xiphilini.*

Lucianus in dialogo quodam Charontis, Menippi & Mercurii, Philosophum quempiam omnibus exuens vitiis, & ceteri *το βαρύτερον τὸ μάλιστ' ἔχει, τὸ δὲ ἀριστὸν, καὶ ἀκαταρτὸν βέλτερον, ποτὲ δὲ τὸ βίον χρησιμώτατον αὐτῷ*, id est, Unum quiddam adhuc sub alis gelat, quod est omnium gravissimum. Quidam Menippe, Adulationem, Mercuri, quæ illi plurimum attulit emolumentum in vita. *Erasm. in Adagis.*

TRIBONIANUS Macedoniani F. genere Pamphilius, quæror, qui cum sociis Justiniani Institutiones & Digesta cum Codice compilavit: impius & avarus, adulator & impostor, Justiniano persuasit, non moriturum eum, sed cum ipso corpore in caelos iri sublatum. *Suidas testis.*

Cic. 1. 2. de Nat. deor. inquit: Concinnè, ut multa, Timeus, quam

quum in Historia dixisset, qua nocte natus Alexander esset eadem Diana Ephesiæ templum deflagrasset, adjunxit: Minime id esse mirandum, quod Diana, quum in partu Olympiadis adesse voluisset, abussit domo. Delectatus est Cicero commento hoc, ut subtiliter excogitaret, nec animadvertit tamen, à quo editum foret: neque enim in historia locus videtur esse istis fabulis. *Plur. vetò in Alex. non potuit ferre tam turpem assentationem: & cum insulsiore ipsam vellet, luit in vitio illius ostendendo; hujuscemodi enim sine modo prolata mendacia, insulsiore sententia, frigus asserre dicuntur: cujus frigus ab Hegesia prolata tantam vim esse dixit, ut extrinsece posset incendium illud, quo templum deflagravit. *Vid. lib. 19. Var. lett. cap. 16.**

Domitianus à Quintiliano maximus poeta dicitur, fortassis adulandi causa, quoniam à Domitiano sororis filiorum institutioni præfectus fuerat. *Cass.*

Romanis rogantibus Proeresium Iosophitam, uti proprium suum discipulum ad se mitteret Athenis, Eusebium Alexandrinum eod misit, qui cum urbis Romanæ moribus valde congruere videbatur: quippe is ad assentationem eruditus, proceribus palpari norat, & Athenis feditiosus homo habebatur, alioque præ se contemtere, sese maximi facere constiterat. Quapropter hominem urbanarum nequitiarum laud imperium eod submisit: nam quod oratoriam facultatem attinet, id dixisse satis sit, quod Ægyptius fuerit. *Erasmus.*

Decius Laberius actor minorum, invitatus à Cæsare, ut in scenam prodiret, respondit, Se necessario coactum; nihil tanta viro denegare posse, cui & ipsi dii omnia tribuissent. *Maerobius.*

NICIAS videns Alexandrum vulneratum, illud Homeri decantabat:

Εἴπω ἰὸς, ἄρα τῆς μακροπλάστῃ Διὸς. Quælis divorum percussor corpora sanguinis. Quibus Adulari. Populo.

RHETORES, populi gratiam venabantur Athenis, per id tempus, quo vitia bellum Chremonidum, adulescentis Atheniensibus, omnia quidem alia Græcis communia esse dicebant, at solos Athenienses inter homines viam, quæ ad caelum perduceret, invenisse. *Athen. lib. 6.*

Pentificibus: Episcopis. *Vide infra, Quomodo, Acclamatione.*

Nero Imp. cum non tantum ludos variaque spectacula Romæ instituit, sed ipse etiam in theatrum prodidisset, Gallionis voce nominatim prædicatus: assidebant ei Burrus atque Seneca, ut magistris, semper aliquid suggerentes. Cumque hoc idem pronuntiasset Cæsar, plaudibant manibus ac vestimentis, ut reliquos ad idem faciendum inducerent. Erant etiam eam ob causam parata quingentæ millia militum Augustales nominati, qui incipientem eum laudibus extolleret: post hos ceteri omnes invitati acclamare cogebantur, uno Thasæ excepto, qui nunquam ei visus est assentiri. Reliqui, atque in primis nobiles viri, studiosè simul & ingemiscientes omnia comprobabant, quæ ab Augustalibus dicta essent, atque una simulata lætitia conclamabant. Tum licebat audire, qui ita dicerent: Quam pulcher Cæsar! Apollo, D Augustus, unus veluti Pythius, nemo te per Jovem vicit, Cæsar. *Xiphilini in Nerone.* Seneca non sine adulationis suspitione, Neroneum Cæsarem, ut aliarum virtutum, ita veritatis præcipue amanatissimum, ad investigandum Nili caput misisse, scribit. Tam enim in eo mendacium est manifestarium, quam in Plauti comœdia Mæchus. *Celins lib. 11. cap. 11. Ant. Lect.*

ARISTONUS citharædus cum sexies Pythia vicisset, ut Lyfandri Lacedæmonii gratiam iniret, pollicitus est, cum de novo victoriam habere contingeret, præconis voce se pronuntiatum, Aristonum Lyfandri servum victorem fuisse. *Plutarch. in Lyfandro.*

Quomodo adulentur. Puta Divinus tribuendo honores.

Ex Tit. eorum, qui Divinos honores sibi arrogarunt. *Vide supra Adortio Deo competens.*

Transgresso Hellepontum Xerxes cum exercitu numerofissimo, fertur quidam Hellepontus dixisse: O Jupiter,

quidnam tu sub specie viri Persæ, & accepto Xerxis pro E Jovis nomine, Græciam è sedibus suis exigere vis, omnes homines ducens, cum etiam citra hoc tibi liceret id facere? *Herodotus lib. 7.*

NICOSTRATUS Argivorum civitati præfectus, omnes adulando ac obsequendo superabat. Quod magis Persarum Regi placeret, filium suum ad Regem deportavit; quod nullus alius unquam fecisse reperitur. Cœnarurus, mensam Genio Regis scorum apponere solebat, cum facere hoc ipsum audisset eos Persas, qui circa portas versabantur. *Ath. lib. 6. cap. 6.*

ARGIVI indicis comitis non tantum Jovem, Apollinem & Herculem invocabant, sed Philippum etiam Macedoniæ Regem: cujus favorem aspirabant summa blandiloquentia. *Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 3.*

Quum Alexander Jovis filium appellari se vellet, & more Persarum prostratis humi corporibus à Macedonibus salutari: talia concupiscenti protinus accesserunt Acis Argivus, pessimus carminum auctor post Chærilum, & Cleo Siculus, quos maximorum exercituum Principibus anteferebat. Hi ceperunt eum deum facere: adjecerunt insuper, Hercules, Bacchum, Pollucem cum Castore, novo numini cessuros. Horum fumis permotus Alexander, convivium omni opulentiâ exornavit: cui non Macedones tantum, sed & Principes Græci interfuerunt. Quum autem omnes unâ cum Rege discubissent, Cleo institutum & præmeditatum sermonem cum admiratione laudem ejus exortus est: enarratiq; meritis, quibus eum nova apud theos dignum prædicabat, jam unumquemque cepit hortari, ut regem inter deos colerent. Quod ne quis recusaret, obtulit se primum, qui prostrato humi corpore Regem adoraret. *Curtius & Plur.*

Phylarchus lib. 6. Historiarum, Nicæsam narrat, cum Regem ab eo pharmaco, quod ceperat, turbati vidisset, dixisse: Quid nos facere oportet, ò Rex, quando vos Dei talia patimini? Quem vix irruens Alexander, Quales Dei, inquit? vertor autem ne diis incisi. *Athen. lib. 6. cap. 6.*

Plur. in *Symph. dec. 9.* narrat, Anaxarcum, cum ab Alexandro post cœnam malis peteretur, surrexisse, dixisseque hunc senarium ex Oreste Euripidis:

Βεβήκειν αἰτίς Διὸς ἔσθοντα χερί. id est, Ferietur aliquis mox deum humana manu.

Erasmus in *Adagis.*

Satyrius in Vitis, Anaxadrum, inquit, fortunatum philosophorum unum fuisse ex Alexandri adulatoribus qui cum iter aliquando faceret cum Rege, magno ac gravi tonitruo facto, ita ut omnes expavissent: Nunquid talia hujuscemodi fecisti, ait, Alexander Jovis? Tum risisse ferunt Alexandrum, ac dixisse: Nolo ita esse formidandum, ut me doces, qui satraparum regumque capita abscondita me cœnantem adferri jubeam. Aristobolus Cassandrus Dioxippum narrat Atheniensem athletam, vulnerato aliquando Alexandro, sanguineque defluente, dixisse Homerium illud:

Qui solet ex superis crum effluisse beatus. *Athen. lib. 6. cap. 5.*

Demetrius Poliorcetes, Cassandri Macedonis præfidi ex Munychia pulso, arcem diruit, Atheniensibus libertatem cum patriis legibus restituit, xv. anno postquam à Macedonibus fuerunt oppressi. Athenienses, genus hominum in assentationem propensum, publicè decrevere, ut Demetrius & Antigonus Regum reges appellarentur, vocarentur dii Servatores, essetque in urbe Servatorum sacerdos. Ara ibi erecta est, ubi Demetrius primum è curru descendit, ut idem & patet Antigonus in peplo una cum Jove & Palladæ intexerentur: ut duæ tribus veteribus adderentur, Demetrius & Antigonus. Stratocles, adulationum inret suos populares investigator maximus, decretum tulit, ut legati, quoad eos mitterentur, ut illi, qui ad Olympia sacra & Pythia publicè præcedebant, sacri haberentur. Fuerunt qui adhuc aliquando impudentius conferent, ut quoties Demetrius Athenas veniret, in Ceteris & Bacchi hospitio exceperetur: alii, ut scutum illi Delphis consecraretur, unde publicè aptaretur oraculum *Sabell. lib. 7. Enneadis 4.* Leæne & Lamæ Demetrii fortis Veneris sacrificia: Buricho, Adimanto, Euthemidique adulatoribus illius ara statuetque erectæ, & pœanæ decantari: ita ut ipse etiam Demetrius admiratus dixerit, nullum ex Atheniensibus suo genere dignum esse. Ex Leucade Corcyraque Athenas venientem non solis tumorum odoribus coronisque, ac vina effundentes

A apum mellificatione, magna vii indignatione, interpreta-
ri possunt: unde fremitus & vox illa actuantis animi, Ni-
hil fallacis femina. Idem ex 4. Indicum.

Mirum videri posset, hominem supra sapientiam, ac
supra fastigium humanitatis collocatum, adeo jugalibus il-
lecebris succubuisse, ut relicta luce tenebras sit secutus. Sed
homo fuit Salomon Judaeorum Rex, est sapiens, humanus
tamen: cuius proprium est labi. Idem.

Tertia Emilia, Africani prioris uxor, mater Corne-
liae matris C. & Tib. Gracchorum, tanta fuit comitatis &
patientiae, ut cum sciret viro suo ancillulam ex suis gratam
esse, dissimulaverit, ne domitorem orbis Africanum, femi-
na magnam vitum, impatientie reum ageret: tantumque
mens ejus à vindicta abfuit, ut post mortem Africani ma-
nupiam ancillulam in matrimonium liberto suo daret.
Valerius Maximus lib. 6. c. 7.

LIVIA, cum sciret Augustum puellis nondum maturis ob-
lectari, clam magna diligentia perquisitas, secreta ad eum
B deduci curabat: praemissa fide amoreque id marito conce-
dens, cuius gratia nonnulla, cum pellicem ferre non pos-
set, interdum vitos peremerunt: atque idcirco tanto ma-
gis laudanda, quanto ejus exempla rariora inveniuntur.
Suetonius.

M. ANTONINI UXOR Faustina male audiebat vulgo. Itaque
honorantibus amicis, ut eam repudiaret, sinollet occidere:
Si uxorem, inquit, dimittimus, reddamus dotem. Dotis
nomine signans imperium, quod ab socero, volente Adria-
no, adoptatus acceperat. Iulius Capitolinus.

ALARICUS Vespigothorum Rex, capta Roma, Placidiam
sororem Honorii Imp. uxorem duxit, ejuisque ductus ille-
cebris, praeter voluntatem humanissimum se victis exhibuit,
& Honorii fuisse Gallias & Hispanias petiit. Invidia Regi
hinc orta est atrox à suis, quod uxori addictus, relicta urbe
aliena vi capta, ludibrium potius quam pacem secutus,
Italia cesserit, & tandem insidiis illorum è medio sublatus.
Cusep.

OTHOCARUS Boemiae Rex, cum de pudicitia conjugis
sinitri ad se rumores delati essent: Lex, inquit, naturae est:
C Comnia qui faciunt, ne comna ferre reculent. Aeneas Syl-
vius lib. 6. de Rebus gestis Alphonfi.

LUDOVICO Sforzae, Duci Mediolanensi, Beatrix conjux
sua, non minus in rebus gravioribus, quam in jucundiori-
bus comes assidua esse solebat. Guicciard.

DOMINI.

ATHENIENSIS agricolis blandiri solebant, ut ab illis ficos
praeter quos acciperent, bene ominantes ac precantes, ut in
annum sequentem fici felicitate provenirent. Rustici vero
postquam senserunt civium blandiloquentiam ad specta-
re, ut ficos acciperent, in proverbium vertent, ut commo-
di spe adularum, ficos petere dicent Aristophanes in Ves-
pis. Sed rursus ut dicitur. Erasmus in Adag. Ficum caput.

CLAUDIUS Caesar libertorum praecipue suspexit Posidem
spadonem, quem etiam Britannico triumpho inter militares
viros hasta pura donavit. Nec minus Felicem, quem cohori-
tibus & alis, provinciaeque Judaeae praeposuit, trium Regi-
narum maritum. Et Harpocratem, cui lectica per urbem ve-
hendi spectaculae publice edendi jus tribuit: ac super
hos Polybum à studiis, qui saepe inter duos Coss. ambula-
bat. Sed ante omnes Narcissum ab epistolis, & Pallantem
D à rationibus: quos decreto quoque Senatus non praemiis
modo ingentibus, sed et quaestoris praetorisque ornamentis
ornari libenter passus est: tantum praeterea acquirere &
rapere, ut quaerente eo quondam de fisci exiguitate, non
abfunderet dictum: Abundaturum, si à duobus libertis in
consortium reciperetur. Suet.

QUO CONSILIO, QUAE
OCCASIONE.

In dilectis factisque erga omnes, aut certe erga aliquos
tantum, ultra quam deceat, blandum esse. A poena proprium
est: id unice studens, ut placeat, ut nulla molestia afficiat.
Quod servilitatis sine causa dicitur, non dicitur, amicus
fictus, sed non amoris integritate, ut quibusdam versatur, ut notat
ex Athenaeo Eustachius. Idem Plautus, veteri appellatione
honesti: de iis qui epulis sacris adhibebantur, quorum etiam
peculiaris erat magistratus: postea vero infamis vox haberi
cepit de iis qui cibi causa aliis adularunt: uti docet Athen.
lib. 6. c. 5. Dipsosophistarum.

VENTRIS CAUSA. PARASITI
PROPRIE.

Αδολοκωβία & Παράσιτος, & Τραπεζήσες idem, qui ventris
causa adulantur. Plut. de Dignosc. adul. & amico. Eorum
genera recenset Athen. lib. 6. c. 3. ex Comicis antiquis.

Videtur Cicero putalle, Phormionem, parasitum Teren-
tiantium, atri coloris fuisse, propriumque hoc ejus parasiti
extitisse, quod ad eum colorem pertinet, non commune
omnium ejus generis hominum: quia in oratione pro A.
Caecinna inquit: Et argentarius Sex. Clodius, cui nomen
est Phormio. Nihil tamen apud comicum, quod indicet
hujus, aut illius coloris eum fuisse. Alexis vero qui eam
fecerat magna cum laude coluit, ostendere videtur, solidos
comicos poetas inducere parasitos omnes atri coloris, quan-
do inquit:

Αδολοκωβία παρασιτων ημιν,
Εν ομοιοκωβία & κωμωδωδωβια,
Οι μαλακοι ημεις. Σάπρον οτι ημεις.
Videtur lib. 6. var. lect. c. 23.

PARASITUS apud Diphlum comicum narrat se dissentire
ab ingenio multorum, qui cum vocati fuit ad cenam à
divite aliquo fortunatoque homine, statim domum intro-
euntes laudant triglyphi, tecta laqueata, Corinthiaque va-
sa, coniectis in hujuscemodi ornamenta aedium oculis: se
namque his rebus spreto, intentis oculis respicere fumum
culinae: quod si ille impetu quodam directè latus sit, se gau-
dere, ac praeter gaudium exultare: contra autem si obliquus ac te-
nuis illic cognosceret, cenam sanguinem non habituram,
& se male acceptum iri: neque enim hujuscemodi cenam
ipsum delectabat. Carmen apud Ath. in 6. libro Dipsos.
legitur. Videtur lib. 17. var. lect. c. 16.

Aristodemus l. 2. Ridiculorum memorabilium, parasitos fuisse
scribit Sostratum Regis Antiochi, Euagoram gibbonem
Demetrii Poliorcetae, Phormionem Seleuci. Ath. lib. 6. c. 5.
Idem meminit Euclidis Smicrini & Moichionis quem Pa-
rametem appellabant: item Callimedontis, Cobionis,
& Cerybionis, Charephontis, de quo commentarium scrip-
sit Callimachus: item Archepontis, Stratii, Gryllionis,
Philoxeni, quem Menander Ptemocopidem vocat. Thy-
malii meminit Alexis Corydi Timocles, ejuisque dicta scrip-
sit Lyneus Samius. Apollonius Antiochi Gypri Regis
Syriae Anthemocris athleta Aristomachi Argivorum ty-
ranni parasitus. Satyrus utriusque Dionysii. Guicciard.
Philippia Rom. victi, auctor omnium calamitatum. Thra-
son Hieronymi tyranii Syracorum. Clisophus Philippi Ma-
cedonis. Quem cum cavillaretur Philippus, ac levis esset:
In posterum non ego te patcam, ait. Symmachus Attali
Regis adulator & historicus, Regis viam descripsit. Hie-
rax Ptoemae Euergetis. Sospater Mithradatis. Athen. lib. 6.
c. 5. & 6.

ARISTIPPUS Cyrenaeus, Socratis auditor, meruit nomen
Regii canis, & aulici, quod adulator Dionysio, & se-
queretur quaque verum iretelle, saginandi ventris causa.
Unde Horat.

Sispranderet olus patienter, regibus uti
Nollet Aristippus.

Asserit Euphantus, Callicratem adulatorem fuisse Ptoe-
mae tertii, qui non Ulyssis Iolum imaginem in sigillo gesta-
bat, sed filius etiam nomina imposuit Telegonum ac Anti-
cliam. Athenaeus lib. 6. c. 6.

AVARITIAE CAUSA. CAPTATORES
haereditatum.

Consule Tit. Avaritia generatrix, quatenus illi facta
famulatur popularitas.

ULTIONIS CAUSA.
Hoc exempla quaedam ex Tit. Assutis in circumvenien-
dis inimicis per simulationem benevolentiae,
referenda.

ADULATORIBUS OBLECTATI.

Post obtinuit Jojada sacerdotis, Principes Juda adova-
runt Regem Joam, qui delinitus obsequius eorum, ac quie-
vit eis: & ceteri querunt templum Domini, fervieruntque
lucis & sculpturam. 2. Paralip. 24.

DIONYSIUS junior adulatoribus unice delectabatur. Ab
eo nuncupati Dionysiolocales, qui subblandiendi causa nil
se eorum que apponerentur, videre ita ementiebantur, ut ab
ipso Dionysio ductari manu gestirent. Ceterum id genus
homines Alexandro Colacae mox nuncupati, à Magno (ut
fere creditur) Alexandro appellatione propagata. Calus
lib. 12. c. 17.

A ALEXANDRUM Magnum post tres in Asia gestas, cum jam
Indicam suscepisset expeditionem, cepit in tanto rerum suc-
cessu gloria cupiditas, ut jam non aliter, quam proftratis hu-
mili corporibus, se salutare pateretur: superbaraque abunde
adulatio, perpetuum regnum malum, quorum opes saepius
quam hostis dira haec pestis everit. Macedones tamen non
minis facere, immoderatisque Graeci, genos hominum in id
vitium propensissimum. Sab. lib. 6. Em. 4.

Quamvis esset ad omnes homines M. Crassus assentatio-
nibus lubigendos peritissimus, idem erat tamen vicissim
adulationibus opportunus omnium. Plut. in Crasso.

Cum Senatus eximios honores C. Jul. Caesari decrevisset,
sedebat forte pro Rostris. Adeuntibus eum consilib. & praetoribus,
atque universo sequente senatu, non affurrexit: sed
quasi ageret cum privatis, respondit, contrahendos magis
quam ampliandos sibi honores. Id non senatum modo, ve-
rum populum etiam offendit, tanquam despecta in patribus
Rep. Ferunt, cum affurgere conantem, ab amico vel adula-
tore potius retentum. Corn. Balbo, qui dixit: Non memi-
nisti te esse Caesarem, neque vis pro majestate tua coli? Plut.
in Caes.

ACRIPPA Judaeorum Rex, tertio Judae totius regni anno,
Caesarem solemnes ludos celebravit pro salute Caesaris. Die
secunda processit manes in theatrum amicis veste argentea,
quae radiis exorientis Solis percussa, & divinum quandam
fulgorem emittens, venerationem cum horrore incutiebat
spectantibus; moxque adulatorem acclamantes, Deum con-
sultabant, rogantes, ut faveret propitiis. Hanc adulationem
ille nec castigavit, nec repulit: pauloque post suspiciens, vi-
dit supra caput suum buhonem fumi extendo insidentem:
moxque ut sensit hunc esse calamitatis nuncium, qui olim
felicitatis fuerat, ex intus praecordii indoluit: secuta sunt
veritatis tormenta, statim principio vehementia. Conversis
igitur in amicos oculis: En, inquit, ego ille vestra appella-
tio Deus ad mortem rapior. Confestim totus populus suppli-
cabat deo pro salute Regis. Rex in celsiore decubens cu-
biculo, & in faciem stratus humi propiciens, non tempera-
bat sibi à lacrymis: cruciatus deinde per continuos quinque
dies nihil se remittente comestus, vitam finit. Iosephus lib.
19. c. 7. Antiq. De eo sic in Actis legitur: Herodes vestitus
C cruciatus, sedit pro tribunalibus & concionabatur ad popu-
lum. Populus acclamabat: Dei voces, & non hominis.
Confestim autem percussit eum Angelus Domini, eò quod
non dedisset gloriam & honorem Deo, & consumptus à
veribus exspiravit. Act. 12.

ANTONINUS Caracalla Imp. omnem illum pecuniam, quam
per continas exactiones extorsit, partim militibus, partim
assentatoribus largitus est. Dedit autem Junio Paulino decem
millia aureorum, quod ipsum ad praedam faciendam cohortatus
esset: dixissetque eum, quomies iracundiam simularet,
planè iratum videri. Dion. & Xiphilinus.

JOANNES Papa XXIII. cum plus æquo laudaretur: Scio, in-
quit, me ludi, sed falsa quoque laus me delectat, inquit Pius
II. Papa. Epist. 31. ad Fr. Philophum Reperit. l. 1. de Alfonso
dicitur, inquit: Non sunt nostrae quas nobis attribuis lau-
des: scimus quo pede claudicamus, quem dolemus dentem.
Laudari tamen falsò quam verè vituperari malumus. Tibi
gratias habemus, qui nos immortales facis.

Antiochus Rex adeo adulatoribus circumseptus fuit, ut
veritatem nunquam perceperit, nisi à rustico quodam vi-
ro, apud quem forte diversabatur, dum à ministris in ve-
natione abertasset. Nam hic super cenam, facto de Rege
sermone, Regem quidem esse vitum bonum, sed pravis con-
siliariis stipulatum, quique feria regni negotia ob insanum ve-
nandi studium postponeret. Ibi Rex in praesentia quidem ta-
cuit: at primo diluculo ad volatibus ad rugiolium mini-
stris, tum Rex non dissimulanter dissimulatores dixit:
Ecce autem veritatem heri demum intellexi, nec à quoquam
vestrum, à quo tempore mihi adestis, liberiorem vocem
audivi. Plut. in apoph.

POENA EORUM QUI ADULATIONIBUS
NIMIUM AURES PRÆBENT.

Vide plerumque in loco de Poena & Punitione.

HERODES Agrippa, dum Caesarem Circensibus ludis pro
Augusto celebrandis vacaret, in theatrum processit amicis
veste regia, quae sua majestate spectantibus horrorem venerationis
mixtum incuteret. Assentatores ejuisdem magno cla-
more Deum consulabant, rogantes, ut faveret propitiis.
Quam impiam adulationem cum nec castigaret, nec repelle-
ret, divinam ultionem oculis sensit: gravissimus quippe cru-
L. B. T. heat. vita Pluman. Tom. I.

ciatibus impetitus, oculos quasi jam in morte gravatos ad E
amicos convertens: En ego, inquit, vestra appellatione Deus,
vitam relinquere jubeor, fatali necessitate vestrum arguente
mendacium. Et quem immortalem salutatis, ad mortem
rapior. Act. c. 12. & Ioseph. lib. 18. Antiq. lib. 7.

ETIOLMUS Gothorum Rex multum assentationibus dedi-
tus fuit, sic ut militibus eum laudantibus etiam combiberet,
& focium se praebet. Qui tamen dum inter se nullo habi-
to respectu poculis decerant, Regem per jocum in vas ce-
revisia plenum injiciunt, in quo suffocatus interit. Joann.
Magnus lib. 7. c. 17.

ANDROMACHUS Carrenus Crassi adulator, ab eo prodi-
tus fuit Parthis. Plut. in Crasso.

PATROCLIDES Philippum Romanis vincendum praebuit,
cui prius mirum in modum fuerat adularus. Polybius.

Unde Phavorinus Aetionis canibus adulatorem compa-
rabit, qui devorabat illum, à quo alebantur.

ADULATORES AVERSATI.

QUOS VEL

Oderunt.

Apud Athenaeum Hegesander narrat, quom Alexander
dixisset, se morderi à mulcis (sic vocabat parasitos) jamque
conaretur illas abigere, Cinefas unus ejus ordinis, qui forte
aderat: Profecto aliae mulcae stitulosae magis urgebitur
te, semel gustato tuo sanguine. Erasmus in Adagis.

AUGUSTUS Caesar nullam aliam pestem magis quam adu-
latores & assentatores detestatus est. Suetonius.

JOVINIANUS Imp. in assentatores lepidè illud dicebat:
Deprehendi eos non Deum colere, sed purpuram: nec dif-
ferre ab Euripo, fluctus suos huc atque illuc subinde rapi-
entem.

SIGISMUNDUS Imp. assentatores se veluti pestes odisse, cum
diceret, Brunorius Veronensis respondit: Tamen nullum ge-
nus hominum magis amas, quam adulatorem. Tum Sigis-
mundus: Rectè sanè dicit, inquit: Nam nec tu necum tam-
diu fuisses, nisi meis moribus blandiri assuevisset. Aeneas
Sylvius de dictis Sigismundi & Federici Imp.

ALPHONSUS, Aragonum & Siciliae rex, nihil magis in vi-
ta exhorruit, quam mendaces: nihil magis averfatus est,
quam parasitos ac adulatorem quos etiam pestem Principum G
appellare consuevit, & variis interdum penis ac cruciati-
bus affecit. Antonius Panorm. de rebus gestis Alphonfi, &
Aeneas Sylvius de ejus dictis.

CONSTANTINUS Imperator assentatores tineas & forices pa-
latii appellabat. Nicephor. lib. 8. c. 5. hist. Eccl.
Irrident.

Antipatri filius Cassander, Babylonem veniens, cum
barbaros venerabundos Alexandrum salutantes confexisset,
vir in libertate enutritus Graeca, atque hujusmodi spec-
taculi haestens insolens, in cachinnum esse effusus. Ea re
exasit ita Alexander, ut arreptum crinibus caput ejus am-
bibus manibus vehementer contuderit ad parietem. Plut.
in Alexandro.

VESPASIANUS Imperator, Vide infra.
Dicta factae, Non admittunt,
Repdiant.

Philippi puella quaedam Pythonissa Paulum & Silam
summi Dei cultores, & salutis nuncios esse clamavit. Eam
rem indignè ferens Paulus, nec diaboli testimonium admit-
tens, spiritum ejecit. Ab iis ergo, qui quaesitum ex caecae-
bant, coram magistratu accusati, virgibus caesi, & in carcerem
conjecti sunt. Act. 16.

ALEXANDER Magnus per fluvium Hydaspem navigans,
cum ei Aristobulus Poeta quidam carmen obtulisset, in quo
ei ita assentabatur, ut elephantos interimeret, turres proster-
nere, muros perfodere diceret, indignatus Rex: Apage ist-
haec, inquit, mendacia, quae vera etiam si essent, possent in
mendacii suspicionem venire. Et simul librum in profuen-
tem abiecit, similia auctori minatus, si tale quid in posterum
ederet. Gyraldus Dial. 3. de hist. poet.

IDEM, cum Brison (alibi Crifon Himenezus) nobilis cer-
tamine cursor, qui cum ipso contendebat de pernicitate, ut-
ro concederet, vehementer esse indignatus. Plut. de
tranqu. animi.

IDEM arce capta, quom amici dicerent, illum egregiis ge-
stis Herculeum superare: At ego, inquit, meas res gestas in
imperio, ne verbo quidem cum his, quae gestit Hercules, at-
bitror conferendas. Plut. in Apoph. Reg. & Imp.

AUGUSTUS Domini appellationem, ut maledictum & op-
probrium, semper exhorruit. Cum spectante eoludos, pro-
nunciatum.

A nunciaturus esset à mīmo: O Dominum equum & bonum! & universi quasi de ipso dictum exultantes comprobarent, statim manu vulgare indecoras adulationes repressit, & infelicitatis quae gravissimè corripuit edicto: Dominumque se posthac appellari, ne à liberis quidem, aut nepotibus suis, vel feris, vel joco passus est, atque hujusmodi blanditiis uti etiam inter ipsos prohibuit. *Svetonius, Orosius lib. 6. c. 22.*

TIBERIUS Cæsar adulationes adeo averfatus est, ut neminem Senatorum, aut officii, aut negotii causa, ad læticiam suam admiserit: consularem verò faciscentem sibi, ac per genia orare conantem, ita suffugerit, ut caderet supinus; atque etiam si quid in sermone, vel in continua oratione blandius de se diceretur, non dubitaret interpellare, ac reprehendere, & commutare continuo. Dominus appellatus à quodam, denunciavit, ne se amplius contumelia causa nominaret. Alium dicentem facras ejus occupationes: & rursus alium, auctore eo Senatui se adidisse, verba mutare: & pro auctore, suaforem: pro facris, laboriosus dicere coegit. *Svetonius.*

Cum Pſecennio Nigro Imperatore creato, quidam paeneticum recitare vellet, dixisse fertur: Scribe laudes Marii, vel Hannibalis, vel alicujus ducis optimi vita functi, & dic quid ille fecerit, ut eum nos imitemur. Nam viventes laudare irritum est, maxime Imperatores, à quibus speratur, qui imitentur, qui prestare publicè possunt, qui possunt necare, qui proficere. Vivus placere volo, mortuus etiam laudari. *Ælius Spartianus.*

ALEXANDER Severus Imp. nullum omnino assentatorem admittit. Si quis eum salutando caput flexisset, aut blandius alicui dixisset, ut adulatorem inanem rejiciebat. *Lampridius.*

ATILIA Hunno rex, Patavio capto, Marulli Calabri poetæ carmen de laudibus suis conscriptum, in ignem conjici jussit quia licentia poetica originem Atilæ ad deos retulerat. *Nicolaus Olaus c. 15. de vita Atilæ.*

CAROLUS VIII. Galliar. Rex pridè quàm moreretur, cubicularium suum interrogasse dicitur: Qui fieret, quòd tam pauci Reges Sanctorum numero adscriberentur? Eoque tacente, respondit: quia paucos penes se habent, qui verum dicant. *Annales Franciæ. Davroultius in Catechismo.*

ALEXANDER, Ammonis filius à sacerdote Jovis Ammonis, spelucru ducto, interpretatus est: Nihil mirum, inquit, cum Jupiter omnium natura sit pater. *Plut. in Alexandro.*

ANTIGONUM regem quum Hermodotus in poemate Jovis dixisset filium: Non hæc, inquit, de me sentit Isanophorus: qui matulam domino subjicit. *Plut. in Apophtheg.*

Tarraconensibus pro læto ostento nunciatis, quòd in ara Augusti palma esset enata: Apparet, inquit Augustus, quàm frequenter accendatis. Quòd illi diis tribui volebant, ille tribuit illorum negligentia, qui nunquam in ara Cæsaris adolerent incensum. *Svetonius & Dion.*

GREGORIUS Magnus Papa, cum à quodam supra modum laudaretur: Faxit Deus, respondit, ut mihi virtus & tibi fides tanta, quantum oratio tua requirit, contingat. *Ægid. Corrozetus de Dilectis memorabilibus.*

CAMUTUS Dacia & Angliæ Rex, à milite auribus serviente, appellatus Rex regum longè omnium potentissimus, qui hominibus, qui mari, qui terræ latè imperitaret, Devidenti argumento adulatoris vanitatem redarguit. *Vide Tit. Prætorum consulare humilitati. Ex Polydoro lib. 7.*

VESPASIANUS Imperator ridebat eos, qui generis sui stemma in Herculem referre conabantur, cum ipse ignobilitatis suæ conscius esset. *Svetonius.*

Reprehendunt. **A**LEXANDER habebat Eudæmonicum Philosophum, sed quovis parafito adulatoriorem. Hic quem aliquando tonaret vehementer, adeo ut omnes expaverent, dixit Alexandro, Quin tu tale quidpiam facies Alexander filii Jovis? At ille nõ ferens tam abjecti philosophi vocem, ridens ait: Nolo enim formidabilis esse, quem admodum tu me doces, qui fatrapam ac regum capita me jubes super cenam apponere. Sic Athenæus. *Plut. archus in vita ejus secus aliquanto: Quid mihi succentes, quòd pices apponam in convivio, ac non potius fatrapam capita? Erasmus lib. 6. Apophtheg.*

CALIO oratori, quum quidam cliens omnia concederet, longa assentatione lassidius Cælius: Dic, inquit, contra, ut duo videamur. *Ravifius.*

Punium.

PERSIS & Indis lege cavetur, ut qui clientem deceperit, quique ter mendacio abusus fuisset, illi per omnem vitam silentium indicere, nulloque magistratu aut honore dignus haberetur. Araxerxes mirificè mendacium averfatus fuit, adeo ut mendacis hominis linguam triplici clavo affigi jussit. *Alexander lib. 9. c. 10.*

THESALI civitatem Adulationem vocatam solo aequarunt, quam habitabant Melienses populi, ut *Theopompus testatur lib. 30. Athenæus lib. 6. c. 6.*

Legato, quem ad Antigonum Demetrii filium miserant Lacones, ut intellexerunt eum appellasse illum regem, multatam dixerunt, quamvis medimum tritici ab eo arcibus commeatibus in capita apportaret. *Plut. in Apophtheg.*

AUGUSTUS, si quis inter salutando flexisset caput, aut assentaretur blandius, foras detrudi & exigi jubebat. *Alex. ab Alexandro lib. 2. c. 19.*

SIGISMUNDUS Imp. supra modum eum laudanti, & diis similem esse dicenti, alapas dedit: dicentique illi, Cur me cadis Imperator? Cur me, respondit, mordes adulator. *Æneas Sylvius lib. 2. Comment. de Reb. gestis Alphonfi.*

Demadem oratorem missum ad Alexandrum, quòd eum Deum dixisset, 10. talentis Atheniensibus multarunt. Evagoram vero, quòd eum adoraret, interfecerunt.

Talia multa passim historias legentibus occurrunt, quibus jam superfererem, nisi istud me referre, admiratio flecti cogeret. Ostenditur Lucetia in foro frumentario es cloacæ, in qua sepeliri se iussit quidam, quem serò pensitit prave adulationis: Hic viderat Regem tristem & sollicitum, propter angustiam rei pecuniariae. Is quoque regem ut flevaret, iussit, ut ex minimis etiam rebus quas rusticis deserunt in urbem unam aut alteram numulum exigeret, idque in biennium duntaxat, & ex eo, cum viderent in urbe frequentissima colligi pecunie vim non modicam, ad hoc exemplum plures exactiones excogitavit: qui igitur dederat consilium, cum videret, se non idem auctoritatis habere in dissuadendo, quam habuerat in suadendo, in maximo animi mœores incidit, adeo ut de salute quoque sua desperaret, & ut de seipso penas futuræ consulæ adulationis, simulque monetet alios, ne ad eundem impingerent lapidem, testamentum cavuit, ut in ea cloaca, in quam C

Totius illius fori sordes confluit, sepeliretur, in quo manet etiamnum in hunc usque diem exactionis exequutio. *Joan. Chokier Aphorism. pol. lib. 4. c. 3.*

NON ADULARI.

Consule Titulum Libertatis in reprehendendis aliis, quatenus quos reprehendunt, iis adulari nolunt.

SOLONI Atheniensis Sardes ad Cræsum ejus rogatu profecto simile quiddam accidisse ajunt, atque homini terrestri, qui primum petit mare. Ille enim alium ex alto fluvium cum videret, putat eum aquor esse: item Soloni autam permeant, & multos contemplantis ex aulis, splendide cultos, ac compositis incedentes cum comitum aquae stipatorum agmine, uniusquisque videbatur Cræsus esse: quousque ad illum ipsum est deductus, circumsectum omni cultu, qui ex gemmis, colore vestis, ex auro fabricato, ad notioris elegantiam, vel præcellentiam, vel admirationem parari potuisse videbatur: quo nimirum spectaculum ei præberet quam augustissimum politissimumque. Caterum ut coram adfians non modò nihil est mortuus Solon, nec ad eam speciem vocem misit pro Cræsi expectatione, verum etiam ingenue declaravit fanis, illius insolentia: se & ineptiarum nullam ducere rationem: justit ei thesauros pecunie suæ aperiri, & ut duces regium omne instrumentum & splendorem ostenderent. At nihil erat istius operis Soloni: facile enim ipse ille poterat in semetipso ingenium & mores suos demonstrare. Ut igitur contemplatus omnia, & reductus est: Num quem hominem, requisivit ex eo Cræsus, se nosset beatiorum? Cum dixisset Solon, Tullum nosse se civem suum, recessurum, bonum virum Tullum fuisse, & honestis relictis liberis, cum nihil ei in vita abfuisse, fortiter pro patria dimicantem, cum laude mortem oppetivisse: habebat jam pro stipite eum & trunco Cræsius, quòd neque auri neque argenti vi mereretur beatitudinem: sed hominis vitæ & obitum popularis privative tam immensa potentia & impetio anteferebat. Tandem tamen rogavit eum denudè, Secundum Tullum nam quem cogitasset beatiorè alium? Verum occurrente iterum Solone: Cleobis & Bitonè singulari & inter se, & in matrem pietate viros, qui

temo.

Adulatoribus bobus jugum, ipsi plaustris subsistent, genitricemque ad Junonis traxissent delubrum, gratulantibus ei civibus exultantem: inde factis peractis, epulati non surrexissent posthodie, sed in tanta gloria vitam cum morte citra ullam dolorem, vel cruciatum, reperti essent commutasse: Quid nos, inquit jam ira incensus Cræsus, nullone nos numero inter beatos habes? Cui Solon nolens vel adulari ei, vel ultra exasperare: Græcis, inquit, rex Lydorum, cum mediocritate dii dederunt alia, tum sapientiam quandam ex mediocritate meo judicio constantem, plebejamque, non regiam, aut splendidam: quæ vitam confidens varietati fortunæ expositam, non finit nos præsentibus bonis animos tollere, neque ullius suspicere felicitatem vicissitudinis opportunitatem temporis. Offert enim unicuique ex improviso futuram alias atque alias conversiones. Cui verò prosperitate Deus dedit exitu confirmatam, hunc numeramus beatum. At certis adhuc & periculis in vita propositi beatitudo, sicut viventes præconium & corona fluxa est & vana. Ea faxandro digressus est, & offendit, non cortex Cræsum.

Erat eadem tempestate Sardibus fabularum scriptor Esopus: quem Cræsus accitum in honore habebat. Hic vicem Solonis doluit liberaliter dimissis, monentem eum: Cum regibus Solon, inquit, est aut nequaquam, aut quam jucundissimè agendum, aut quam optimè. *Plut. in Solone.*

Idem, cum Cræsus in sublimi solo, regio luxu federet, & An pulchrius unquam spectaculum viderisset, rogaret: respondit illi superbiunt, ut artificia tantum. *Lucret. lib. 1.*

ORSINES apud Sagara nobilissimus satrapes, ut qui à Persarum Rege Cyrio initia generis duceret, quum Alexandrum & amicis muneribus amplissimè cumulasset, Bagæe spadoni, qui Alexandrum obsequio corporis devinxerat sibi, nihil profurum honoris detulit: admonuitque à quibusdam, quàm Alexandro cordè esset, respondit: Amicos te regis colere, non scorta: nec moris esse Persis matres ducere, qui supro effeminantur. *Cælius lib. 25. c. 9. A. L.*

PHILOXENUS quidam, dithyrambici carminis scriptor, singulari quadam scribendorum versuum majestate & dignitate pollens, in convivio læto modo Dionysii poemate, quid de eo sentiret, interrogatus: liberius paulò respondit. Quo illius responso Tyrannus offensus, quasi per invidiam poemate ejus reprehendisset, confestim in Lapidinam adduci cum ministris suis imperavit. Postero vero die hortantibus eum amicis, ut inoleret Philoxeno, placatus est: eosdem denudè convivio excepit. Procedentibus autem poculis, rursus Dionysii poemata sua jactans, & versus quosdam, qui felicius conditi videbantur, produxens: Quamquam ei poemata viderentur, interrogabat. Cui ille nihil respondit, sed evocatis famulis Dionysii, iussit se in Lapidinam duci. Ad quem veniens leporem subridens Dionysius, libertatem eam tunc tulit, ritum reprehensionem obtundente. Paulò post familiaribus ejus simul cum Dionysio intempestivam orationis libertatem deprecantibus, Philoxenus se præter omnium opinionem facturum id promissit: ita enim se respondit, ut simul & veritatem observaret, & ex Dionysii sententia diceret. Nec falsum dixit. Tyranno enim commemorante versus quosdam, commiserationis affectum sapius experimentes, interrogatus Philoxenus: Quamquam D

Libere poemata viderentur, respondit: Misericordia, utroque sic, propter vocis ambiguitatem, præstito. Dionysio enim responsum placebat, quia putabat dicere eum, versus plenos esse commiserationis affectu, quod bonorum Pœtatum esse noverat, ideòque laudatum se à Philoxeno existimabat. Alii vero veritatem sensum apprehendentes, miseram poematis natam dixisse eum putabant. *Diodorus lib. 15.*

CALLISTENES Peripateticus, Alexandri peregrinationum comes, ex Hero Aristotelis consobrina editus, & ab illo educatus: cum premeretur eo existimationem suam invidia, interit etiam materiam ipse sui calumniandi præbebat, quòd ferè reciteret vocationes: atque in conviviis cum adfesset, significaret supercilio & silentio non laudare se, vel probare ea, quæ agerentur. Unde de eo dixit Alexander: *Plut. in Alex.*

Odi Josephum, qui sibi ipsi non sapit. Dum fortiter & sapienter reculat prostratus humi Alexandrum salutare, solique disserit publicè ea, quæ in occulto optimus quique & natu maximi inter Macedonas stomachabantur: magna quidem macula Macedonas, & Alexandrum majore excoluit, deterrens eum ab adoratione: se verò

L. B. Theatr. vit. Human. Tom. 1.

ipse perdit, quòd extenderet id magis regi quàm videretur periclitare. Chares Mitylenæus Alexandrum prædicat in convivio quodam, cum bibisset, phialam uni ex amicis porrexisset, illum phiala accepta ad aram versum affurrisse: ac cum hausisset, adorasse primum, deinde osculatum Alexandrum in convivio: mox accubuisse. Postquam id omnes deinceps fecerunt, cepisse phialam Callisthenem, ac non attendente rege, sed cum Ephestione fabulante, bibisse, atque ad ferendum regi osculum accessisse. Ibi cum Demetrius cognomine Phidon dixisset: Cave rex oculeris eum, nam unus hic non adoravit te: Alexandrum osculum declinasse, Callisthenem verò dixisse alta voce: Uno ego osculo minus ferens abibo. Ita exulcerato regis animo, Lyfimachi & Agnonnes vellicaverunt eum, obambulare jactantes sopheriam tantquam everfa tyrannide intumescemem, concurrereque ad eum, & observare adolescentes tanquam unum in tot millibus liberum. Tandem cum in suspicionem venisset conjugationis cum Hermolao contra regem imita, alii ab Alexandro suspensum dicitur, in vinculis alii morbo afflictum. Chares, postquam comprehensus fuit, septem menses in vinculis custoditum: ut in concilio præsentem Aristotele judicaretur, ac quo tempore in Mallis Oxydracis Indite lauciatu fuit, ex corpore supra modum turgido & morbo pediculari excessisse. *Plutarch. in Alexandro.*

MENEDEMUS, cum Alexinum frequenter ipsum laudare accepisset: At ego, inquit, semper vituperet Alexinum. Est namque vir malus, qui vel malum commendat, vel vituperatur à bono. *Plut. de Immal. verec.*

ANTIPATER dux Philippi, deinde Alexandri, & regni successor, discipulus Aristotelis, solus ex Alexandri successores Deum appellare Alexandrum recusat, impium id esse ratus. *Svidas.*

VESPASIANUS peregrinatione Achaica inter comites Neronis, cum cantante eo aut diceret sapius, aut prærens obdormisceret, gravissimam contraxit offensionem: prohibituque non contubernio modo, sed etiam publica salutatione, secessit in parvam ac deviam civitatem: quoad latenti, etiamque extrema metuenti, provincia Judea cum exercitu oblata est. *Svetonius.*

ADULATIONIS ET ADULATORUM G. **H**IEROGLYPHICA. **F**ISTULA cum cervo picta, permiciofam indicat adulationem, ob historiam scilicet, quæ super ea & cervo fertur. Animal id ejus suavitate modulique mulceri, & ad stuporem usque delectari dicitur: unde accidit, ut dum cervus interior in eam incumbit, incauto illi abalienatoque mors inferatur. *Pier. Val. lib. 47.*

Divitem hominem adulatoribus deditum Thebanus Crates per Ficum arborem in prærupta asperaque rupe fatras describat: quippè quòd sit hominibus difficilis accessus: ejus verò fructus à Corvis & Miluis tantum decerpi. Ita horum opes ab impuris tantum & adulatoribus pasci. *Pier. l. 53. p. 521. B.*

APEM adulatoris Hieroglyphicum ponit Eucherius: ut potè quæ mel in ore habet, in occulto caudæ spiculum: atque ita homines, qui lingua blandiuntur, latentes verò ferunt, significare: loquendo enim mellis dulcedinem proponunt, re verò ipsa vulnus inferunt. *Pier. l. 26. p. 244. E.*

Sunt qui adulatorem, blandiloquum & mordacem simul hinc scutram, per Canis Hieroglyphicum ostendunt: quorum alter in obsequium plus aquo pronus: & alter quælibet in quemvis opprobria fingere sevis. Sumptum ex quadam Dionisii Cynici responsione. *Val. Pier. l. 5. p. 49. B.*

Vide initio præsentis loci, Tir. de Natura & Symbolis Adulationis.

Adulterium.

* DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

ADULTERIUM, quod Grecis est *μορξία*, & Hebræis *נאפח*, est violatio alieni thoris: dicitur adulterium, velut aditus five accessio ad alterius thorum. Unde adulter ex ad & alter, seu altera componitur: quòd quis ad alteram, vel aliqua ad alterum scilicet virum introeat, aut mulierem, ad quam de jure sibi nõ liceat. Siquidè mulier, nupta scilicet, sui corporis potestatem nõ habet, sed viri: similiter & vir sui corporis potestatem nõ habet, sed mulieris, five uxoris: ut docet Apollolus 1. *ad Cor. c. 7.* Quæ potestas consistit in duobus. Primo quòd alter teneatur alteri volenti reddere debitum conjugale. Secundò, quòd debeat abstinerere ab extraneis. Hinc Peltus, Adulter

H 3

A & adultera dicuntur, quia & ille, & illa ad alterum se confert.

QUOT MODIS COMMITTUR.

Adulterium tribus modis committitur. Ex parte viri tantum, puta si conjugata copuletur soluta: ex parte mulieris tantum, ut si conjugata soluta se commisceat: quod etiam priore detestabilis est, & gravius, propter varias injurias quae inferuntur cum marito, cui sic aliena proles supponitur: tum legitimis filiis, denique ipsi generationi quae per plures viros ordinariè impeditur. Tertio ex parte utriusque, si conjugata cum conjugata commisceatur. Estque haec speciei omnium gravissima, ut per quam duplici matrimonio iura violantur.

Elegantior S. Augustinus considerans verba Apostoli, dicens, uxorem esse adulteram, quae viro suo vivente alteri nupserit, ita scribit: Omnes cautiones Apost. amputat, quando vivit vir licet flagitios cooperetur, & à sua uxore propter haec seclera detestatus: maritus tamen est reputandus, ejus scilicet, cui alterum virum accipere non licet. Non hæc Apostolo propria auctoritate decernit, quod Christo in se loquente Christi verba secutus est, qui ait in Evangelio, Qui dimittit uxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam moecham: & qui dimissam accepit, adulter est. Ad Rom. 1. 32. & hab. 32. q. 4. Omnes accusationes.

Similiter S. Hieron. Origo quidem, inquit, amoris honesta erat, sed magnitudo deformis. Nihil autem interest, ex qua honesta causa quis infamatur. Unde Xistus Pythag. ait in sententia: Adulter est, inquit, in suam uxorem ardentior amator. In aliena quippe uxore omnis amor turpis, in suam nimis. Sapientis judicio debet amare conjugem, non affectu. Non regnet in eo voluptatis impetus, nec præcepta fecerit ad coitum. Nihil enim est scelerius, quam uxorem amare quasi adulteram. Certè qui dicunt, se causa Republicæ & generis humani uxorem, conjugii, & filios procreare, imitentur saltem uxorem suam, excepta causa fornicationis, non perdat filios, nec amatores se uxoris præbeant, sed maritos. Hier. contra Iovin. lib. 2. & hab. 32. q. 4. Origo quidem.

Nemo sibi blandiatur de legibus hominum. Omne stuprum, adulterium est: nec vir licet, quod mulier non licet. Eadem à viro, quæ ab uxore, debetur castimonia.

C Quidquid in ea, quae non sit legitima uxore, commissum fuerit, adulterii crimine damnatur. Ambrosius de Patriarch. & hab. 32. q. 4. Nemo sibi.

Nihil licet scire mulierem, præter uxorem. Idedque conjugii datum est tibi jus, ne in laqueum diaboli incidas, & cum muliere aliena delinquas. Tolerabilior est, si lateat culpa, quam si culpe usurpator auctoritas. Idem & hab. ibid. cap. Nemo. §. Nulli licet.

Dixit Sara Abraham: Ecce, conclusit me Dominus, ut non pariam: intra ergo ad ancillam meam, ut filium facias ex ea: & ita factum est. Sed considera primum, quod Abraham ante legem Moysis, & ante Evangelium fuit. Nondum ergo interdictum adulterium videbatur. Pœna criminis est tempore legis est, quæ crimen inhibuit. Nec ante legem ulla est rei damnatio, sed ex lege non ergo in legem commisit Abraham sed legem prævenit: Deus autem in paradiso conjugium laudaverat, non adulterium damnaverat. Habes primam Abrahamæ defensionem. Secunda illa est, quod non ardore aliquo vage succensus libidinis, non petulantis formæ captus decore, ancillæ contubernio conjugatae posthabuit thorum: sed studio querendæ posteritatis, & propagandæ sobolis. Idem & habetur cap. Dixit Sara.

Obijciuntur Jacob quatuor uxores: quod, quando mos erat, crimen non erat: sicut Patriarchæ conjugibus excipientibus semen suum miscerant, non concupiscentia petticiende voluptatis, sed providentia propagandæ successione. Sic Apostoli auditoribus admirantibus doctrinam suam condelectabantur, non aviditate consequendæ laudis, sed charitate seminandæ veritatis. Idem & hab. 32. q. 4. cap. Obijciuntur.

ADULTERII FOEDITAS.

MALITIA, PERNICIES.

Adulterium, præterquam quod habeat deformitatem omnem qua reperitur in fornicatione, etiam hoc habet, quod sit gravis injuria in conjugem tant propiam, quam alterius commissa, eamque morte vindicare jussit, Deuter. 22. & Levit. 20. per Moysen Deus. Unde ex gravitate pœna illius quoque enormitas eruitur: hanc autem Scriptura eleganter inculcat Eccles. 23. Prover. 6. Jeremia 5. & Apostol. 1. Cor. 5. Nolite errare, inquit, neque fornicari, neque adulteri, neque molles regnum Dei possidebunt.

Christiana religio adulterium in utroque sexu patrifertio condennat: sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant, & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberi uxores adulteras apud sacerdotes deserere consueverunt. Et ideo mulieribus pro dolo crimine carum communio denegatur. Virorum autem lateat commissio, non facile quisquam ex suspitionibus absterget: qui utique summovebitur, si ejus flagitium detegatur. Quum enim par causa sit, interdum probatione cessante, vindictæ ratio conquefcit. Jan. Papa, & hab. 32. q. 5. Christi.

Adulter vel ante gehennam est omnium miserissimum, omnia suspicans, vel ad umbram contremiscens, ad nullum liberis respiciens oculis, sed omnes pertimescens, & qui sciunt & nesciunt, acutos videns gladios, impendentes lictores, judicia. In dolore semper est adulter, etiam in tenebris. Chrysol. in Psal. 3.

Quemadmodum gubernator in portu naufragium faciens, haudquomquam ullam imperatrem veniam: sic nec is, cui quum per conjugium concessum sit, quo lapsum effugiat, tamen aliena fertur matrimonium: aut qui quamcumque feminam curiosis aspiciat oculis, habere quidquam potest, quo se excuset, nec apud homines, nec apud Deum, etiam decies millies allegari naturalem voluptatem. Imò quæ post illuc esse voluptas, ubi metus, ubi discrimen, ubi periculum, ubi tantorum malorum expectatio, ubi tribulationes, ubi accusationes, ubi iudicia? &c. Omnia pavet metuitque: umbras, parietes, lapides, famulos, vicinos, hostes, amicos, &c. Sed ponamus nulli notum esse flagitium, præterquam ipsi uni & mulieri, quam adulteravit: quomodo feret conscientiam redarguentem, acerbam & amarulentam acuatricem ubicumque secum ferens? Quemadmodum enim seipsum nemo potest effugere, nec itea illam ejus curia sententiam. Hoc enim tribunal non pecunia corrumpitur, non adulationibus acquiescit, eò quod divinum est, & à Deo nostris mentibus impositum. Certè adulter per inopiam sensus exitium ipsi ipsius conciliat. Idem de verbis Isaie. Vide Domin. hom. 3.

Audiamus etiam Ethnicorum de hoc crimine iudicia.

Ovis & pueri & mulieres & omnia ad doteum veniunt, aut ad pueri & puerorum & mulierum & omnia ad doteum veniunt, & omnia ad doteum veniunt, & omnia ad doteum veniunt. G. & omnia ad doteum veniunt, & omnia ad doteum veniunt.

Nam qui lectos alienos amat, omnia domestica odit, tum liberos, tum famulos. Huiusmodi mulier dolo apud maritum fingit, & mendacia adversus omnes ei narrat, ut sola videatur ei maximè benevola esse, & familiam regat. Hoc otium amat, ab hac exitum reperit omnibus nascitur, quas & ipsa & maritus communes habent, Perijuriones Pythag. ex l. de mul. concinnitate. Et Ovidii salubre monitum est lib. 3. de Art. amandi.

Nupta virum timeat, rata sit custodia nupte.

Hoc decet, hoc leges, iura, pudorque iubent.

Hinc & Plautus in Stichis.

Bonas mulieres equum est facere, ut absentes viros perinde habeant, quasi presentes sint.

Ac Iuvenalis lib. 1. Sat. 2.

Desine matronas esse ferarum: unde laboris plus haurire mali, est quam ex re decerpere fructus.

Sed exemplis ubi flagitium turpido etiam innocetcat.

Anno Christi 1528. accidit quiddam planè tragicum Ba-Hsileæ. Civis quidam honestus & dives Christophorus Borgarterus uxorem suam de adulterio suspectam habuit. Eam suspitionem auxit, quod in famuli sui (suspecti in dolo) ligulas fericas invenit, quas suas esse noverat. Extorquet vi ab uxore, ut taceatis se cum famulo rem habuisse: id si faciat, promittit inopiam: sin neget, præsentem minatur mortem. Illa fatetur, quod non fecerat, sed mox fuit ad fororem in pagum. Attamen amicum intercessione mulier conciliata marito, rediit ad ades illius. Ea nocte feruntur ad commune admisa cubile: atqui vult altera die, quæ erat Dominica ablegata famula & liberis ex priore conjugis susceptis, primum gravidam uxorem cõdodit, inde filiam vix quadrimum mox epistolam scriptam ad Senatam, & ter invocato nomine Jesu, è summa ædium suarum parte se præcipitem dedit, fractis cervicibus. Epistola illa continebat, quid, & quo animo fecisset. Porro de eo, licet mortuo, grave est sumptum supplicium, & corpus ejus fractis ossibus (sublimi) rotæ impositum. Potest hoc vel unicum exemplum sufficere ad deterrendum ab adulterio conjuges. Sueton. in Cleon. 1528.

Elegantior

Elegantior Horatius: Secunda culpa secula nuptias. Primum iniquitacere, & genus, & domos. Hoc fonte derivata elades. In patriam, populumque fluxit.

MAXENTIVS tyrannus, qui urbem omnium reginam vi & armis occupasset, tantum seclere & impietate processit, ut nullam audeat, nullum nefarium & impurum facinus omnino prætermisisset videtur, quod non perpetrasset. Nam conjuges legitimas vi à viris abstraxit, easque turpissimè opprefas violataque ad viros remisit: idque petulantè & contumeliosè admisit non in ignobiles aut obsecuros, sed in eos qui in senatu Rom. facile primas tenuerunt. Et quamvis infinitas ferè liberas & ingenuas mulieres per vim flagitiosè violasset, nullo modo tamen poterat intemperantem & effusam animi sui libidinem explet. Postquam autem in Christianas mulieres cæca cupiditate ferri cepit, non potuit omnino per suos providere, quò facilius sibi ad eas pateret aditus. Nam illæ citius vitam cum morte commutare volebant, quam corpus ei violandum permitteret. Ex quibus una eaque ferè Christiana, viro ordinis senatorii, qui Præfecturam Romanorum gerebat, in matrimonio collocata, ubi illos, qui in talibus flagitiis tyranno subservire consueverant, pro foribus illam adesse, & virum suum metu adfectum, illis, ut prehensam abducerent, præcepisse accepit, exiguo temporis spatio postulato, quo corpus consueto apparatu decenter ornaret, et in cubiculum ingreditur. Quæ cum sola esset, gladio transigit pectus, statimque motua concidit, cadaver perducitur relicto. Quæ revera omnibus hominibus, tum qui sunt, tum qui post futurum, rebus ipsi, quæ multo plus habent ponderis ad videndum faciendam, quam verba, perspicue declaravit, celebrem illam & multorum sermonibus nobilitatam Christianorum continentiam, rem esse solam, quæ nec libidine expugnari, nec flagitio perimi labefactarique possit. Euseb. Cæsar. lib. 1. vir. Constant. cap. 27. & 28.

Cum Isaac diversisset ad Abimelech Regem Geraræ, & vidisset Rex eum ludentem cum illa, unde cognovit, quòd uxor illius esset, eum vocavit, dicens: Quare impossuisti nobis? (dixerat enim quòd foror sua esset) potuit coire de populo quis cum uxore tua, & induxeras super nos grande peccatum. Genes. 26.

QUIDAM de latere conjugis intempestæ noctis silentio vice quadam exurgens, completo cum aliena flagitio, domum luna lucente exiit. Cujus faciem per fenestram intrantis uxor eminus contemplant, clamor horrificè: ad cujus clamorem ancillæ domus & famuli concurrentes, mox ad contumum domini pariter convalidant, quasi à conspectu daemonis exturbati. Quod ut miles vidit, animadvertit faciem suam à forma propria recessisse, & divino judicio secundum utilitatem peccati confessionis ignominiam induisse. Ergo ubi delituit usque manè, propter versus Ecclesiam, ut confessus sacerdoti speciem propriam recipere mereretur. Cui cum vaccæ & pecudæ villæ procedentes ad pascua longius obviarent, mox ditros dedere mugitus, & quasi subito minaci fulmine retroactæ, quæque quoquo pollunt diffugiunt. Idem pastores & obvia quique fecerunt. Sacerdos autem in ostio Ecclesiæ ad dicendas horas rediens, mox ut illum vidit, signavit se, & intrans Ecclesiam, ostium post se claudit. Tunc miles ante fores Ecclesiæ sese prosternens, Miferere, inquit, pater sancte, miserere miserum peccatori. Non sum ille, qui video, sed hoc mihi peccatis meis exigentibus accedit, ut in me larvalis facies videatur: sed penitentem injunge quod vis, & sic de me quod Deus voluerit, expectabo. Nec mora, ubi miles cum mira contritione & lacrymis est confessus, larvalis illa confusio decessa est, & propriam faciem cum sua integritate recepit. Th. Cantiprat. l. 2. de Vniuers. c. 30.

THALES Myleusis fecit ante adulterio, an abjuraturus esset adulterium: respondit: Non est perjurius adulterio pejus. Insinuans, sultum videri vellet dubitare de pejerando, qui par perjuriis factum commississet. Laert. l. 1. Bruf. l. 1. c. 4.

ADULTERII COMMISSIO.

EXEMPLA.

EX S. SCRIPTURA.

RUBEN Filius Jacob, dormivit cum Bala, concubina patris sui. Genes. 35.

Vir Levites habitans in latere montis Ephrem, venit cum uxore sua in Gabaa, eaque filii Benjamin ita crudeliter abusi sunt, ut mortua conciderit. Judicum c. 19.

L. B. T. beat. vite Human. Tom. 1.

DAVID uxorem Uriæ Gethai, quam se lavantem ex for-latio confexerat, tulit, dormivitque cum ea. 2. Reg. c. 11. Herodes tulerat uxorem Philippi fratris sui, ex qua ille Herodiadem fatalitèr suscitaverat, quod non licere Joannes Baptista eidem dixerat: five quòd Philippus adhuc viveret, five quòd lege vetiti esset ducere uxorem fratris sui, quando illa semen fratri reliquerat, ut in casu præfenti. Mat. 14. Luc. 3.

HISTORICA.

ADULTERIA CUM VIRGINIBUS, VIDUIS, SCORTIS. MARITI QUI VIRGINUM, Matronarum, Viduarum, Scortorum amore infaniunt.

DAPHNIS pastor, quòd cum alia femina congressus esset, luminibus captus esset: ut à Nympha prædictum ei fuerat. Svidas & Volat. lib. 14. c. 2. Antrop.

Servius Taurum, ex quo Minotaurus, non bestiam, sed hominem fuisse narrat, seu notarium seu magistrum militum Minois, cum quo Pasiphæ in domo Dædali concubuit: & quoniam geminos peperit, unum de Minoe, alterum de Tauro, fingitur Minotaurum peperisse: quod F. Virg. exprimit, dicens, Mifumque genus, prolemque biforem. Euripides media ex parte virum & media tantum fuisse arbitratus est. Plutarch. in Theſeo Taurum hunc ducem copiarum Minois, sive navali prælio, sive gymnico certamine opprestum esse à Theſeo narrat: quod Minos non invitus accepit. Nam erat Taurus homo fevo & immiti ingenio, rumorque erat constans, cum rem habere cum Pasiphæ. Quocirca pueros omnes Atticos Minos Theſeo reddidit, qui tributi nomine quotannis in Cretam mittebantur, & eo tributo Athenienses in postremum liberavit. Palapharus Paris Taurum adolescentem formosum fuisse scribit, Minois comitem: cujus amore capta Pasiphæ cum eo concubuerit, natus natus sit infans: quem Minos, cum tamen rem cognosceret, noluerit occidere, fratrem filiorum suorum: cumque adolesceret, & se insolentius in pastores gereret, justit eum Rex comprehendit. Is verò effodit locum subterraneum, in quo se est tutatus: illic deinde Rex misit facinoris alicujus convictos, ut cum eo pugnarent. Locus erat inexplugnabilis. Ita supplicio affiebantur damnati, ut jam locus vice esset carceris, & ille pro G carnifice. Theſeum hostem cum cepisset Minos, eodem inermem misit. Ariadne gladium illi suggessit carcerem intranti, quo Minotaurum confecit. L. Vives in lib. 18. Aug. de Civit. Dei, cap. 3.

Apud Persas regina multarum pellicum copiam perpetuitur, quia Rex velut dominus imperat uxori, pellices ferunt Regina, eamque adorant. Sic etiam Priamus multis utebatur mulieribus, neque tamen graviter id ferebat Hecuba. Inquit enim Priamus:

Ter ſeni ex utero nati mihi, tresque ſiſtere, Hæc alios peperere domi mihi, sed mulieres.

Arbeneus lib. 13. c. 1.

Lacon cum deprehendisset, quandam adulterum cum deformi muliere: Que tibi miser, inquit, necessitas fuit? Plutarchus in Laconicis.

C. Jul. Cæsar corruptis plurimas illustres feminas, Posthumiæ Servii Sulpitii, Lolliam Auli Gabini, Tertulliam M. Craſſi, & Cn. Pompeii Mutiani. Sed ante alias dilexit M. Bruti Servilium matrem, cui sexages sextertium gemmam mercatus est. Corrupti quoque Servilie filiam Juniam II Tertiam, M. Craſſi uxorem. Dilexit & reginas, ut Eunoein Mauram Bogudis uxorem: sed maximè Cleopatram, cum qua & convivia in primam lucem sæpè protraxit, & eadem nave thalamoque penè Æthiopia tenus Ægyptum penetravit. Sveton.

Exercuit Augustus adulteria cum Livia: quam cum gravidam reddidisset, tegendi secleris causa, nuptias festinavit, ut obiect Antonius. Abduxit & feminam consularem è trichino, viro coram, quam rursus ad convivium rubentibus oculis & incomptiore capillo reduxit. Rem quoque habuit cum Tertullia, Terentilla, Drusilla, Salvia. Idem.

TIBERIO Imp. propter supra matronarum infideliæ multæ fuerunt parate in convivii & concubitibus. Xiphilinus in Claudio.

Catonis Uticensis Filius, in Cappadocia diversatus apud quandam ex familia regia, cui venula erat uxoris quatuor ditius apud eum, quam honestum foret, agebat, derisus est à scribitibus in eum hæc: Cras Cato ducedet post xxx. dies, & Porcius & Marphadates amici duo, animus unus. Phylloſen: H 4